Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-448592-p0001-9
DFG

Universitätsschriften

Ee, 4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-448592-p0002-5

N. 8.

VIRO
EXCELLENTISSIMO

FRIDERICO
HOFFMANNO,

Sereniſſimi atqve Potentiſſimi Boruſſorum Regis Conſiliario, Archiatro & in Academia Fridericiana Medicinæ ac Phil. Nat. Profeſſori Primario, undiqvaqve celeberrimo,

de
nato altero
Filiolo
levi Καλαβαυκαλήσει
gratulatum ibat
Paulus Chriſtianus Lichtenhahn,
φιλίατρος,

Delitii
ære Koberſteinianô.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-448592-p0003-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-448592-p0004-6

****

FOrte ſub umbroſa conſedit fronde ſororum
Sacra cohors, Præſes ſedit Apollo Pater.
Has inter dum dulce canit, velut agmine facto
Cinxerat ecce! latus magna caterva Dei.

Haud ſecus ora Patris circumſtare dulcia chari
Sollicitans victum læta juventa ſolet.
Nempe ſibi poſcunt bona præmia, præmia ſumunt,
Qvæ Tua diſtribuit docta Thalia manus.

Riſerat hoc ſtudium Phoebus, Cyllenia proles,
Cum ſtetit, & ſubito talia dicta tulit:
HOFFMANNUS Medicæ doctrinæ maximus Augur,
Ex alia rurſus fit ſibi prole Pater.

Cernis, ut amplexus, ut ſvavia dividat ille,
Suavia plena Viro, plena Parente bono.
Fallor? an ex iſto Tibi prodit alumnus alumno,
Fallimur? an Nati ſpirat in ore Pater.

Da Pater augurium, da præmia digna Parenti,
Succreſcat Patri Teque favente Puer.
Dixerat. Aſſenſus Phoebus jubet ire Camoenas
Prognatum Puerum rite parare jubet.

Nec

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-448592-p0005-2

Nec mora; Sed terra mox mollia membra levantes
Accedunt cunas, plectraqve docta movent.
Approperant Charites, properat Sapientia Mater,
Deliciasqve olim diſcit amare ſuas.

Ingentemqve animo diſcendi inſpirat amorem,
Atqve legit Puero ſerta decora Viris.
Jamqve morata diu, vocem digitisqve gubernans
Cum precibus votum fundit ab ore pio.

Parvule creſce Puer, chari Spes chara Parentis,
Altera Spes Generis parvule creſce Puer.
Ver Tibi perpetuum vigeat, procul eſte Decembres.
Hîc Majus paſſis ambulet uſqve comis.

Creſce Puer, ſuperaqve diu, Genitoris & ora
Ingenuos mores ingeniumqve refer.
Qvin ſuperare licet Patrem: ne Parve verere,
Optimus hæc ſvevit quisqve vovere Pater.

At Tu, qvi Medicis conjungis cum artibus artes,
Nomine qvi gemino cultus Apollo cluis,
Soſpes agas, diuturnus agas, Lucina Tuumqve
Sæpius inviſat ſic repetita Larem.

Ua 933a
I. 4°

ULB Halle 3
003 591 581

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-448592-p0007-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-448592-p0008-9

N. 8.

VIRO
EXCELLENTISSIMO

FRIDERICO
[H]OFFMANNO,

... atqve Potentiſſimi Bo-
... Conſiliario, Archiatro & in Academia
... Medicinæ ac Phil. Nat. Profeſſori
...rio, undiqvaqve celeberrimo,

de
nato altero
FILIOLO
levi Καλαβαυκαλήσει
gratulatum ibat
...s Chriſtianus Lichtenhahn,
φιλίατρος,

Delitii
...ære Koberſteinianô.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-448592-p0009-7